UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Ambrosio confessore. Cap[itulum]. lxxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

xvij. kalendas nouembris: vt ait ado in martylogio ex dictis hieronymi ſumpto.

¶ De ſancto Ambroſio confeſſore. Cap. lxxvi.

Ambroſi⁹ alexādrin⁹ confeſſor didymi auditor apō alexādriā floruit. Qui multa ſapientia pollens: volumē de dogmatib⁹ multorū verſuū aduerſus apollonium ſcripſit. Cōmentarios quoq; in iob elegantes cōpoſuit. Et tempore theodoſij iunioris apud prefatā vrbē in domino quieuit. Hec hieronymus libro de viris illuſtribus.

¶ De ſctō Herone epō ⁊ martyre. Cap. lxxvij.

Hero epſ ⁊ martyr poſt beatū ignatiū antiochenā rexit eccleſiam: ſicut eidem ignatio ad paſſionē pergenti fuerat diuinitus reuelatū: qui epiſcopus factus vt magiſtri viam pius imitator ſequeretur: pro cōmendato ſibi grege amator chriſti occubuit. xvi. kalendas nouembris.

¶ De ſancto Priuato martyre. Cap. lxxviij.

Priuatus martyr ſub alexādro imperatore rome paſſus eſt: qui cum eſſet miles plenus vlceribus vidēs qualiter ſanctus calepodius preſbyter ⁊ martyr beato caliſto pape in cuſtodia detento: nocte cum immenſo lumine apparuit: ipſumq; blandis exhortationibus cōfortauit: ad pedes caliſti procidit: ⁊ pro ſanitate ſua inſtantius exorauit. Quē dum caliſtus ſacro fonte perfunderet: ab omnibus vulneribus curauit: vt ſupra dictū eſt in paſſione beati caliſti pape pridie idus octobris. Quod audiens alexander imperator. et poſt paſſionem caliſti priuatum teneri fecit: et in chriſti confeſſione manentem: tam diu plumbatis cedi: donec deficeret: cuius corpus aſterius preſbyter iuxta corpus beati caliſti ſepeliuit. xvi. kalendas nouembris.

¶ De ſancto Luca euangeliſta. Cap. lxxix.

Lucas euangeliſta natiōe ſyrus ex antiochia ciuitate vnus fuit ex ſeptuagintaduobus chriſti diſcipulis: vt abbas dorothe⁹ ſcribit: vel vt dicit hieronym⁹ diſcipulus fuit apoſtolorum: poſtea paulum ſecutus eſt vſq; ad paſſionē ſeruiens domino ſine crimine. Hic ſapiētia erudiſſimus grecis ſermonibus non ignarus: arte medicus extitit: prius corporibus: deinde animabus preſtans medelā. Nam verba eius languentis anime ſunt medicina. ¶ Hic euāgeliū ſicut audierat ſcripſit in grecia in partibus videlz achaie: theophilo epiſcopo diſcipulo ſuo: cum iam ſcripta eſſent euāgelia per mattheum in iudea litteris hebraicis: ⁊ per marcū in italia latinis. Hic terti⁹ ſcripſit in grecia litteris grecis. Qui etiā eodē greco ſermone act⁹ apoſtolorum ſicut viderat ipſe compoſuit: quē plurimiq; tradūt fuiſſe proſelyton: ⁊ hebreas lr̄as ignoraſſe: eo ꝙ quicquid ſcripſit: greco ſmone compoſuit. Euangeliū autē ſuū ipſe didicit ab apoſtolis: ſicut ipe in ꝓlogo ſuo eidem teſtatur theophilo. Cuz eñi non fuerit cū xp̄o in oībus actibus ⁊ miraculis chriſti: ideo ſuū euangeliū ſcripſit ſm quod apoſtoli: qui preſentes fuerāt ipſi intimauerūt ⁊ retulerūt. Credit quoq; ꝙ ea que de incarnatiōe dñi ⁊ natiuitate ⁊ infantia meminit: a beata virgine didicerit. Ideoq; predicta ſuper alios euāgeliſtas plenius ⁊ copioſius explicauit. Nam ⁊ eidē dei genitrici familiariſſimus extitit. Cuius euangeliū a paulo mirabiliter approbatū eſt: quādo ad confirmationem dictoꝝ ſuoꝝ luce euangeliū adducebat: vnde quidā ſuſpicati ſunt: ꝙ quādocunq; paulus in ep̄lis ſuis dicit: ſm euangeliū meū: de luce ſignificare volumine. ¶ Actib⁹ ſꝫo apoſtolorum ipſe beatus euāgeliſta preſens fuit: ⁊ ea cūcta oculis ſuis proſpexit. Nam ⁊ tempore paſſionis dñi iam chriſti diſcipulus eſſe ceperat: quod patet ex eo: vt quidā tradūt: quia ipſe alius diſcipulus cū cleopha nominatim expſſo fuerit: quibus dñs eūtibus in emaus die reſurrectionis apparuit: q̄ ex humilitate nomē ſuū conticuit. Ipſoꝝ igitur actuū volumen vſq; ad quartū imperij neronis annū texēs hyſtoriam in vrbe compilauit: vt eius tamen ſcripta indicant pauli apoſtoli ſectator fuit: ⁊ omnis ei⁹ ꝑegrinationis comes indiuiduus. Nā et geſta ſolius pauli in actibus apoſtolicis proſequēs: cū eidem volumini finem facit. ¶ Hic ab ineunte pueritia caſtiſſimus fuit: ⁊ ſine crimine virginitatē mētis ⁊ corporis ſemꝑ ſeruauit. Nā neq; vxorem neq; filios habuit: ⁊ in opus euāgelice predicationis iugiter laborauit. Crucis quoq; mortificationē vt tradit eccleſia: in ſuo corpore pro noīs chriſti honore portauit: quia ⁊ carnem ſuā mira penitētia afflixit. ¶ Fertur quoq; ꝙ lucas euāgeliſta artem pictoriam habuit: et in ipſa ſolēnis operarius fuit. Nā ⁊ rome due extant imagines: vna chriſti in ſancta ſanctorum: ⁊ alia dei genitricis in eccleſia ſancte marie maioris: per quas deus miracula retroactis temporibus oſtēdit: quas lucas dicitur depinxiſſe: formā vultus ſaluatoris ⁊ matris naturalē aſſimilantes: ⁊ eas veraciter rep̄ſentantes. Cōſtantinopoli etiā alia pictura beate ꝟginis habet: